Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690992-p0001-0

Ung VI 182

Occasionalia
potissimum Carmina
vol. 22
VI-182.

VI-182.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690992-p0002-6

Summos & Doctorales in utroque Jure Honores

VIRO

NOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO

DOMINO

CAR. CHRISTIANO KRANZIO

Schkeudiz - Miſnico

Juris utriusque Licentiato

dignisſimo

cum omnibus

Privilegiis & inſignibus more

inſtitutoque Majorum

D. XII. Februar. A. S. R. MDCCXIX.

collatos

auſpicatos eſſe jubet

ORDO JURIDICUS

in

Academia Vitembergenſi.

VITEMBERGAE,

LITERIS JO. GODOFR. MEYERI.

Quae nuper ſubito Themis obſtupefacta dolore
Attonitis luget damna maligna genis:
Et dederat Zephyris ſparſos ſine lege capillos
Templaque pullata ſplendida ueſte tegit.
Incipit ecce ſuos demum compeſcere luctus,
Et uultu longe candidiore redit.
Deque ſua fauſta capiens ſolatia ſorte,
Cum myrto atque hederis tempora cingit, ouat.
Namque nouus legum nunc canonumque ſacerdos
Ad Tua juſta Themis ſacra colenda uenit.
Atque ſat ampla Tuae promittit commoda famae
Inque tuis late ſemina ſparget agris.
Atque Dices ſolito ſtudio penetralia pandet,
Quicquid & interpres Bartolus artis habet.

Hos

Hos Tibi collatos merito quoque grator honores
Et ueneror dotes mente manuque Tuas.
Utque Tuo porro faueat Themis alma labori
Conferat et tandem praemia plura, precor.

JO. BALTH. WERNHER, D.
Ord. & h. t. Dec.

IS pede felici, quo Te uocat ardua uirtus
Naturae pereant ne bona tanta Tuae.
Fatidicae Themidis capiunt Te oracla tenentem
Praemia, muneribus non caritura ſuis.
In Te caelicolas compromiſiſſe uidemus,
Luce bona felix ut uenerandus eas.

GEBH. CHRIST. BASTINELLER,
D. P. P.

AStraea ex ſupera ſpectans ſua culmina ſede
Cultoreſque ſuos progeniemque ſuam,
Cum tot juſtitiae radiantia lumina uidit,
Quis fuerit tanto munere dignus? ait.
En mirum! ſubitis plaudens Peitho aduolat ales
Proque Tuo tandem nomine uerba facit.
Pro ſtudioque Tuo, Tibi conſultisſime Kranzi
Proque tot ex cubiis digna brabaea dedit.
Atque ait: Aonides citius noua munera ferte
Et ſertis doctum condecorate caput.

Hinc

Hinc etiam reliquis addit mea carmina Muſa
Et Tua feſtiua Munera uoce canit!
Utque Tibi ſemper feliciter omnia cedant
Et ſedeas Themidos clarus in arce, uouet.

GODFR. LUDOV. MENCKEN,
D. P. P.

SIc digna ſolers ingenio Tuo
Aſtraea tandem munera porrigit
Et Te nouis donis coronat
Pro merito toties labore.

Haec pulchra merces, haec ſtudiis Tuis
Promiſſa longo tempore gloria
Quam nunc Themiſtes laude clarus
Sidere conſequeris ſecundo.

Hinc nonne plaudam pectore candido
Et tanta laetus munera gratuler
Quae ſorte felici capeſsis
Eunomiae Themidosque pectus.

CHRISTOPH. HENR. BERGER,
D. P. P.

(o)

Ung VI 182

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690992-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690992-p0008-1

Summos & Doctorales in utroque Jure Honores

VIRO

NOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO

DOMINO

CAR. CHRISTIANO KRANZIO

...eudiz - Miſnico

...usque Licentiato

... dignisſimo

cum omnibus

...s & inſignibus more

...utoque Majorum

...uar. *A. S. R. MDCCXIX.*

collatos

...ſpicatos eſſe jubet

...O JURIDICUS

in

...mia Vitembergenſi.

...VITEMBERGAE,

...S JO. GODOFR. MEYERI.

50

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690992-p0009-9